



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

Monitum ad Lectorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

## *Monitum ad Lectorem.*

**P**rodit in lucem, benevole Lector præsentis Historiæ Ecclesiasticæ tomus quinquagesimus, seu Continuatoris vigesimus sextus, quem adhuc unicus ejusdem continuationis tomus sequetur: cum autem præfatus Author morte præventus suam Historiam nonnisi usque ad annum Domini millesimum quingentesimum nonagesimum quintum protrahere potuerit, hinc haud ingratum Historiæ Ecclesiasticæ studiosis fore arbitrabamur, si Sæculum XVI. adjunctis saltem quinque, qui defunt, annis usque ad annum Salutis nostræ 600. completeremus, quod etiam Lectorum benevolentia confisi præstabimus edito Tomo LI., si vero nostrum hunc laborem vel Literatis minus acceptum comperiremus, aut forte ob negotiorum multitudinem, temporis angustias, & valetudinis imbecillitatem a continuando hoc opere præpediremur, saltem generalem totius hujus Historiæ indicem pro majori lectorum utilitate, ac commodo subjungemus.